

Q. K. 517. 22.

(X4993 7049)

II n  
8543

PROGRAMMA

MAGNIFICI RECTO-  
RIS ACADEMIÆ FRAN-  
cofurtanæ

ILLVSTRIS ET GE-  
NEROSI DOMINI VOLCMARI VVOLF-  
gangi Liberi Baronis ac Dn in Putbus etc.  
publicè propositum

In funere viri prudentissimi & honestissimi  
Dn.

THOMÆ MITTEL-  
STRASSII,

Quod ipsi curarunt marentes obitum eius  
Vidua & Liberi


Ad diem. 7 Februarij Anno 1597.

IBLIOTHECA  
NICAVIANA

Francofurti  
Typis Nicolai Voltzj.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALE)

RECTOR ACADEMIÆ  
FRANCOFVRTANÆ.

 Vanquam præter DEUM <sup>ἀγέννητον καὶ</sup>  
<sup>ἀθάνατον</sup> nihil extiterit unquã, quod  
non vicibus suis tandem perierit, aut  
mutatum sit, nec unquam parcitum hu-  
mana conditionis dignitati, quin ea tametsi <sup>περὶ</sup>  
<sup>τοπλάσσει</sup> effigie primitus ornata sit, mortis patere-  
tur violentiam & acerbitatem: tamen multis ex  
hominũ millibus pauci reperti sint admodum, qui  
id animis occinerent suis, quod sua suorumq; mor-  
talitatis haud ignarus sua & filii virtute celeberrimus  
Macedonũ rex Philippus quotidie sibi è cu-  
bili prodeunti clara voce per puerum decantari  
curavit: Philippe homo es. Atq; ut ex omnibus  
pauci sunt, qui cum homines sint, homines se esse me-  
minerint, ita qui id hoc tempore, quod vulgato  
multis annis errore maximè omnium misere po-  
nitur, & in uniuersum prophanatur, serio medi-  
tentur, & modo non habitu & gestu totum diffite-  
antur sunt paucissimi. Benè igitur DEUS opti-  
max: & tempestivè admodum <sup>κνεῖται</sup> & non exci-  
taia

tata pueri alicuius voce monitoria, sed agitatae lu-  
gubribus naniis iterum nobis aurem vellicat, &  
conditionis nostrae supra alias excellentiam, com-  
munem cum aliis fragilitatem recordari precipit.  
Qua in parte si ipsi obsequamur, sic profecto vitam  
rectissime instruxerimus nostram, ut quae nobis  
caesars concessa est, si quod diuino genio proximum  
cum primis commendat, pietatis & virtutis stu-  
dium colamus, eam quam diu manet usus, nulla a-  
ctionum turpitudine deformemus, incontami-  
natamque ut aliquando finiamus, & non omni ho-  
nestatis decore nudam caelesti induendam gloria  
iussi restituamus largitori, quotidie à feritate &  
corporis illecebris vindicemus; idque tanto quidem  
impensius, quanto vel quam propè vel quam pro-  
cul decretorius ille à nobis absit dies, apud nos qui-  
dem est incertius. Quis enim tam firmo est valen-  
tiq; corpore, qui non lapsum in lubrico metuat, aut  
pedis offensam in tenebris? Quis tam constanti in  
Deum est confidentia, qui tametsi diem posterum  
speret interdum, eum eo, cuius ea res est in manu,  
non spondente, certò sibi polliceatur? Iam etsi quis

A 2

ad

ad mediocrem aetatem vires corporis seruari integras, vitæq; conseruari decus, nunquam non tamen si quid deinceps agere præclarè instituat, ne id duodecima occipere hora, vel certè non satis matutinus videatur (quod sibi invicem Deiotarum & Crassum utrumq; regem aetate iam proæcta, qua is urbem condere, hic aduersus Parthos proficisci cepit, obieciſſe Appianus refert) subverebitur. Iure igitur meritoq; eorum vitam ceu speculum quoddam contuemur, qui ad extremam usq; vitæ humanæ periodum nativæ fragilitatis memoriam conseruarunt, atq; utroq; se in genere præstiterunt moderatos, ut nec rerum prosperitate insolentiores facti supremum anxie metuerint diem, nec fortunæ acerbitate fracti votis eundem exoptarint, nec de quocunq; euentu securiores mollicie & lasciuia accelerarint. Quo in numero sicut optimates utriusq; ordinis diu iam censuerunt virum honestate vitæ & prudentia etiam maioribus nostris spectatissimum, **D. N. THOMAM MITTELSTRASSIVM**, sic ad virtutis ipsius estimationem & honorem animos componere nostros fuerit æquissimum.

num. Natus is est Bernovia, quæ ciuitas est Mar-  
chia Brandenburgica non ignobilis; à parentibus  
nec generis ortu nec vitæ honestate obscuris, patre  
viro prudentissimo, & filio huic cognomine Con-  
sule illius Reipubl. meritissimo, matre Margare-  
tha Beblingia matrona laudatissima. Quod etsi  
(ut par est) summo semper beneficii loco habuit:  
Tamen eo non rarò sibi gratulatus est, quòd istam  
sibi infantulo captare licuit auram, quæ hasce quas  
nos colimus oras, propè iam perspirante doctrinæ  
calestis sono salubrior esse cœperat, Anno nimirum  
à Christo nato 1520. ipso die Thome Apostoli,  
qui conueniente etiam patris nomine ipsi nominis  
occasionem prestitit. Nec is præter rem sibi isto no-  
mine gratulatus est, quippe in quo ad veram pie-  
tatem & vitæ integritatem educando tantò fuit ex-  
citator piorum parentum cura, quantò ipsi lucem  
istam optarant animo feruentiori, & resplende-  
scentem nunc spectarunt gratiori Qua de causa istum  
suum filium, quamprimum per ætatem disciplinæ  
capax factus est, honestarum literarum & veræ  
religionis præceptis informandum magistris com-  
misserunt.

miserunt. Sub iis enim cum quantum vita deinceps  
suscipienda vsui satis esse videretur, profecisset,  
ad mercaturam eum adhibuerunt, eamq; cum is non  
minore felicitate quam diligentia tum alibi tum  
apud nos exercuisset, facile civium animos amore  
& benevolentia sibi demeruit, atq; in illis cum pri-  
mis precipuo quodam affectu sibi conciliauit eos qui  
sanguinis & affinitatis necessitudine juncti erant,  
viro integerrimo & prudentissimo Dn. MAT-  
THÆO HENNICKES adili quon-  
dam urbis huius industrio, qui DEO sic dispo-  
nente, & consentientibus suis & tutorum suffragiis  
cognatam & pupillam suam castissimam virginem  
Fœliciam prædicti MATTHÆI HEN-  
NICKES filiam relictam ipsi desponderunt  
& matrimonio junxerunt, istam jam agenti etatem  
quæ biennio tantum distaret ab ætate. Deinde vero  
is non minori cum honestatis studio conjugalem co-  
lere vitam perrexit, nec exiguam paulatim pruden-  
tia de se opinionem concitavit, eamq; ob rem vix cū-  
iam triennio familia regenda dexteritatem probas-  
set, ad civitatis consilio suo & opera juvanda cu-  
ram

ram inter patres allectus, & in senatum ascitus est.  
In utroq; autem vitæ genere non modo spem bono-  
rum in animis de se conceptam æquare, sed & su-  
perare, summa conatus est opera. Domi quidem,  
pro ea qua erat morum æquabilitate, tranquillo  
usus est matrimonio, & ex conjugē sua dulcissi-  
ma septendecim sustulit liberos, quorum ex illis  
qui masculi fuerunt generis sex morte prærepti,  
tres adhuc in vivis agunt, in quibus **SEBASTI-**  
**ANVS** contendit præ cæteris ut nec ingenii soler-  
tia, nec rerum agendarum dexteritate & prudentia,  
nec literarum & literatorum amore suam  
vel parentis sui memoriam intermori patiatur: fi-  
lia omnes fato functa, præter unam virginem in  
**DEVM** pietatis, in parentes charitatis, mode-  
stia in omnes studio deditissimã. In Rep. pro viri-  
li curanda istam impendit operam, quam merito &  
collegæ simul & cives prædicant, quamq; si quid vo-  
tis proficerent, porro sibi in adjectivum & emolumentum  
requirerent. Nunc cum irrita ea fore prævi-  
dent, spectatam annis quinquaginta & uno quibus  
occulta quadam diminutione vires integro ho-  
mini deficere Pythagorici persuadent, operam  
probant & grata semper memoria veneraturos

recipiunt. Non conuenit autem nobis in ista aetate  
septuaginta septem annorum & quod excurrit, tem-  
perantiam hominis et prudentiam, qua is naturam  
in quam pleriq; nimis sunt iniurii adiuuu, & vi-  
res diuino sibi concessas munere integras seruauit,  
usq; dum suo pte ad interitum ferrentur senio, non  
mirari, & quod ad euzaiav simul & eubavaaiav nostram  
faciat, hinc perdiscere. Quod ut maiori cu attetione  
fiat & diligentia, omnes Reip. nostrae ciueshorta-  
mur, ut ad horam presentis diei XII. ad aedes de-  
functi frequentes conueniant, & comitando funus  
meritissimi senis eum honorem exhibeant, quem si-  
bi serius ociusue ex hoc mundo exeuntibus propen-  
sa bonorum plurimorum in se uoluntate ex-  
hiberi unice percupiant. Valete PP.


Francofurti March. VII. Fe-  
bruarii Anno 1597.

I. G.



M





B.I.G.

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Farbkarte #13

(X993 7049)

II m  
8543

PROGRAMMA  
 NIFICI RECTO-  
 ACADEMIÆ FRAN-  
 cofurtanæ  
 TRIS ET GE-  
 OMINI VOLCMARI VVOLF-  
 eri Baronis ac Dn in Putbus etc.  
 publicè propositum  
 i prudentissimi & honestissimi  
 Dn.  
 M Æ MITTEL-  
 STRASSII,  
 urarunt marentes obitum eius  
 Vidua & Liberi  
 diem. 7 Februarij Anno 1597.



Francofurti  
pis Nicolai Voltziij.

